

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 40.

---

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos  
et vita functos.*

---

Joanni Barbeyrac — in Elysio.

Ex mundo superiore.

---

Elysiu-Mezum, Die Martis, 22. Junii, 1810. (Noor. 27. Maj. 1810.)

---

Non in aulis principum, non inter potentes, neque in magno ita dicto mundo mores, eorumque bonitas aut militia dispicienda est. Homines naturam ubivis retineant quidem, verum externæ consuetudines, receptæque in familiaribus congressibus urbanitas fædus color est, qui super naturalibus coloribus ducitur. Conversatio popularis liberior liberaliorque est, consuetudine Aulicorum. Magnus qui adpellatur mundus similis est personatis Choris:

*Respicere exemplar, vitæ morumque iubebo.*

Si penitus rem dispiciamus doctæ Barbeyrac! sententiam adoptare licet: civis genti, regimini, cuilibet ferme vitæ generi alios mores eff. Gens ex venatu vitam sustentans mores feros & rivos habet, sanguinem fundere avertit. Diana soror est Bellona.

Nomades mores mites luxuriosos præ se ferunt; otium eos ad vitium, pacifica vivendi ratio ad virtutem excitat. Severiores & priores agricolarum mores sunt, Pater materque innocentiae labor est & temperantia. Mores in Oceano navigantis populi pleni, siti opum conquirendarum sunt, quippe commercium alimentum fermentumque avaritiae est, quique fragilem truci committere pelago ratem, vitamque audet, non multum distat ab semet pretio vendendi animo. —

Cunctos hos mores benefica Religio mitiores, æquiformes magis reddidit. Christiana Religio de moribus eminentissima ratione merita est.

Hodierna ætate querimonia de morum corruptela communis est. Equidem non sum ejus sententiae: mores de die in diem praviores reddi. Quavis ætate de morum ruina querelæ factæ. Historia vetus æque ac nova id genus Jeremiadibus scatet. — At aliud malum hodie invaluit, Mores pravi non jam occulti tenentur, speciem publicæ gloriæ adoptasse, adeptique videntur. — Hoc grande malum est! Initium datum est verecundiae prævalendo, tum ei obnitendo, tandem eam penitus, passim & ulro relegare placuit.

Tanto, inquam, melius, publici delinquentes, — nulli posthac erunt Hypocritæ, prius etenim moralitas fucus solum erat ex officina turpis Hypocritæ petitus.

Hoc falsum est. Ex publica morum licentia alia Hypocritæ oriatur oportet, Probe

educatus & moratus homo, qui occasione quavis legis violatione rubore suffunditur, quive adhuc virtuti litat, pudore afficietur ut publice moratus adpareat, torrente publicitatis abripietur ut corruptis se æqualem statuat, atque cum iis eundem externum colorem adoptet. — Dum pravi mores temeritate, specie quadam jactantiæ & privilegio quasi publico se exhibere audent, fit: ut probitati deditum virtutis pudeat, ludibrium præmetuens alium se simulabit & hoc genus hyprocrisis est holocaustum scelèri & pravitati impensum; quæro: utra ex his hyprocrisibus præstantior?

Homines, mores, animi character continuo sibi constant, nihil novi sub sole comparet. Mores domari, coerceri, refrænari queunt, prorsus mutari nequaquam possunt, directio solum secundum consuetudines quæ ex iis oriuntur, alia iis inditur, hæc vero sunt mutationi, quod non semper ei innitantur, quod optimum est, verum ei, quod huic vel illi accommodum est, tempori; quodve hodie bonum, cras ceu malum adparet. At consuetudinibus morum moderatio continetur, atque per consuetudines solum actio in bonos aut pravos mores obtinetur. Decentia, & Gustus consuetudinum iudices sunt. Illa est anima bonorum morum, hic cultæ mentis. Consuetudines depravantur, ut primum decentia & gustus ludibrio haberi incipit.

Mali mores periculosi non sunt, si consuetudines finem promovent, publice bonos mores sectandi, tum sublimis viget opinio: homines saltem ad virtutem assequendum, vel eam simulandum adduci, etiam si ea quibusdam non conveniat, aut aius consecrationem in postremis habeant. Si proin sensu pro ea destituantur, ejus saltem imaginem induere debent, quo fit: ut familiares convenientiæ in sermone, in actionibus, in scriptis & declaratis opinionibus ostendantur. Decentia igitur est publica bonorum morum anima.

Quidquid rationem lædit, offendit bonum gustum. — Gustus nunquam deerit, ratione culta; at contra deerit semper, mens abque ratione, aus vicissim ratio absque mente si fuerit. Bonus gustus nihil est aliud quam sanæ rationis laus & abque decencia sanaque ratione non dantur bonæ consuetudines.

Est quidem magnum infortunium erroribus & vitiis pudor non adhærere amplius, ea occulendi consuetudo non adhiberi imo specie triumpho ea palam proponi. Interim continuo speciem aversionis in humani animi tribunali excitant. Egoismus intercedit, & quisvis altero se putat meliorem, quod ab erroribus id modi se immuem custodierit. Per publicitatem pravorum morum, & quæ ex iis oriuntur consecrariis, exempla quoque cautionem decentia ex eo promanantium perturbationem in lucem prodeunt, quæ

pravorum morum massam minuunt. Massa ergo errorum ex pravis moribus non augetur magis ac prius, solum discrimen in eo versatur, eos ante velo occultabilitatis cooperiendi conatum adhibitum fuisse, hodie hoc fatigio se levandi morem esse.

Multa ex decennio mutata sunt — in regiminibus, & legibus. Cum vero hæc essentialiter moralitatis efficiant, hinc ut novæ directiones cogitandi orientur, novæ idæ, novi mores. Externus Legum fias hominem ubi vis persequi valet, homo duntaxat intrinsecus, hypoërisi persecutionem declinans invariabilis sibi constat. Ipse summus sceleratus intus in animo prærogativam sentit virtutis, & hoc est grande illud Tribunal, quod quævis Corda in eam propensa reddit.

Dominatus Orbis, quo Roma gaudebat, Cives hujus Metropolis orbis moribus imbuunt, qui eos tandem in præceptis agere debuerunt. Evectæ ad summum magnitudinis Culmen Princeps orbis urbs internis factionibus patuit. Annales horrenda facta memorant, quæ ab *oppositione* harum factionum perpetrata sunt.

Natum regimen huius Romanæ Epochæ propius accedere videtur similisque esse, Anglicano. Autoeratiæ orbis marium confidens fastigium magnitudinis mari, ut Roma in Continente attigit. Verum æque ac Roma internis permista est factionibus. — Roma & Londinum — Nihil novi sub sole fit. Age, novissimas Londino relationes ad Romæ Casum applicemus, quæ sic habent. Vide Eph, Pol. Stat.

*Continuatio Excerpti ex opere de Pace Ecclesiae vide Neovid. Nro. 38.*

„Salvator noster limites utriusque potestatis definiuit dicens: Regnum suum non esse de hoc mundo; & alibi: Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & quæ Dei DEO.”

„Utinam amor Justitiæ; Coelestis hæc filia veritatis, omnium Corda dirigat! Pax Religionis in Statibus Confoederationis nullo tempore turbaretur.”

„Episcopi Hierarchiæ Ecclesiasticæ essentialis pars sunt, at qua ratione eorum in Statibus Rhenani Foederis existentia pro futuro tata reddenda est? ut speranda? post devotissimæ repetitas a Ratisbonensi Metropolitana exsexennio apud Sedem Apostolicam repræsentationes, post plures Confoederationem Principum cum Curia Romana inchoatos tractationes!

„Hoc argumentum arctissimo, ut vidimus nexu cum Ecclesiæ in Statibus Rhenani Foederis pace cohæret.”

Pax hæc restitueretur, si eximius Protector nomine Confoederatorum, & Sua Sanctitas consentirent ad Concordatum Gallicanum ad hos quoque Status extendendum, quo fieret: ut, quivis Status unum aut plures Episcopos denominandos habeat, qui obtesta Papali Confirmatione eandem, quam Gallici Episcopi potestatem exercerent, quorumque Episcopalis dotatio a quolibet Imperante intermediatione Sux Maj. Imperatoris, & Sux Sanctitatis definiretur.”

„Minores Status in alternis vicibus suscipiendam denominationem coalescerent. — Archi Episcopus Ratisbon. Capiti supremo Ecclesiae & Imperatori Gallorum conjunctim dirimendam quaestionem relinqueret: *An, tentata tamen episcopali in sua Dioecesi potestate, An inquam Metropolitana ejus Jurisdictio in fœderatis Statibus abolenda, aut retinenda sit.*”

„Metropolita successor est S. Bonifacii Germaniae Apostoli, ejusque muneris potestas per Bullam, qua Archi Episcopalis sedes Moguntia Ratisbonam transiit, confirmata est, plures quoque Germaniae nationis Metropolitanam Ecclesiam quibusvis saeculis constanter florentem conservarunt.

His cunctis non obstantibus, si ejus immolatio ad Ecclesiae pacem restabiliendum in Statibus foederis necessaria visa fuerit, Sanctissimusque Pater, & augustus Protector pro sua sapientia ita deciderint, Metropolita nihil cunctari poterit, potestati & omni temporali emolumento legali ratione nuncium mittere. Quaevis singularis ratio cedat oportet, poscente id salute communi Fidelium.

In casu: quo haec sub omni respectu tan-  
topere expetita Consensio non perferretur,  
arduum foret, ad restabiliendam, & consoli-  
dandam pacem Ecclesiae in Rhen. Foed. Statibus  
medium reperire. An Gallicarum provinciale  
Concilium in hoc argumento aliquid decer-  
nere posset, & vellet? Et: an si in his Sta-  
tibus prov. Conc. cogereur, an inquam spera-

*Continuatio Excerpti ex opere de Pace Ecclesie vide Neovid. Nro. 38.*

„Salvator noster limites utriusque potestatis definiuit dicens: Regnum suum non esse de hoc mundo; & alibi: Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & quæ Dei DEO.”

„Utinam amor Justitiæ; Coelestis hæc fides veritatis, omnium Corda dirigat! Pax Religionis in Statibus Confoederationis nullo tempore turbaretur.”

„Episcopi Hierarchiæ Ecclesiasticæ essentialis pars sunt, at qua ratione eorum in Statibus Rhenani Foederis existentia pro futuro tuta reddenda est? ut speranda? post devotissime repetitas a Ratisbonensi Metropolitana exsexennio apud Sedem Apostolicam repræsentationes, post plures Confoederationem Principum cum Curia Romana inchoatos tractationes!

„Hoc argumentum arctissimo, ut vidimus nexu cum Ecclesiæ in Statibus Rhenani Foederis pace cohæret.”

Pax hæc restitueretur, si eximius Protector nomine Confoederatorum, & Sua Sanctitas consentirent ad Concordatum Gallicanum ad hos quoque Status extendendum, quo fieret: ut, quivis Status unum aut plures Episcopos denominandos habeat, qui obtesta Papali Confirmatione eandem, quam Gallici Episcopi potestatem exeroerent, quorumque Episcopalis dotatio a quolibet Imperante intermediatione Sux Maj. Imperatoris, & Sux Sanctitatis definiatur.”

„Minores Status in alternis vicibus suscipiendam denominationem coalescerent. — Archi Episcopus Ratisbon. Capiti supremo Ecclesiae & Imperatori Gallorum conjunctim dirimendam quaestionem relinqueret: *An, retenta tamen episcopali in sua Dioecesi potestate, An inquam Metropolitana ejus Jurisdictio in foederatis Statibus abolenda, aut retinenda sit.*”

„Metropolita successor est S. Bonifacii Germaniae Apostoli, ejusque muneris potestas per Bullam, qua Archi Episcopalis sedes Moguntia Ratisbonam transiit, confirmata est, plures quoque Germaniae nationis Metropolitanam Ecclesiam quibusvis saeculis constanter florentem conservarunt.

His cunctis non obstantibus, si ejus immolatio ad Ecclesiae pacem restabiliendum in Statibus foederis necessaria visa fuerit, Sanctissimusque Pater, & augustus Protector pro sua sapientia ita deciderint, Metropolita nihil curari potest, potestati & omni temporali emolumento legali ratione nuncium mittere. Quaevis singularis ratio cedat oportet, poscente id salute communi Fidelium.

In casu: quo haec sub omni respectu tan-  
topere expetita Consensio non perficeretur,  
arduum foret, ad restabiliendam, & consoli-  
dandam pacem Ecclesiae in Rhen. Foed. Statibus  
medium reperire. An Gallicanum provinciale  
Concilium in hoc argumento aliquid decer-  
nere posset, & vellet? Et: an si in his Sta-  
tibus prov. Conc. cogentur, an inquam spera-

re liceret, cogitandi sentiendique rationes tam diversorum Imperantium coeliuras?

Generale Concilium Gallicis, Italicis Hispanis Germanisque Episcopis constans, & a S. M. Imperatore convocandum, probabiliter eorum unicam & postremam spem præberet, limitem Concordiæ sacram inter & profanam potestatem definiendi."

Historia omnium Sæculorum testatur: Concilia Oecumenica quibusvis in adjunctis rerum efficacissima media suppeditasse, fideles ad salutis viam perducendi, abusus tollendi, Hierarchiæ systema firmandi, dubia solvendi, tranquillitatem internamque pacem in anxias Fidelium animas revehendi, quos eventorum, quorum consecutaria supputari nequeunt, concursus discruciat."

*Continuatio sequetur.*

### B I O G R A P H I A.

*Joannes Barbeyrac* Idibus Martiis 1664 lucem primam aspexit, in urbe Beziers Occitaniciæ Inf. Galliæ. An. 1686 cum patre Lausannam profectus, & 1697 Berol. in Gallico Col. Philosophiæ docendæ operam dedit. Principio ex voto patris Theol. se devovit, postmodum ea relicta Themidis castra secu us est. Duo Cel. Puffendorfi opera Jus Naturæ & Gent. & Officia Hom. & Civis in gallicum vertit, & utrique operi Adnotationes adjecit, primo Proemium pereruditum præfixit. Edidit quoque 1724. gallicam versionem H. Grotiani operis: de Jure Belli & Pacis prolixis & adæctationibus, Vivere An. 1729 desuit.